

Gregorius IX. Fri Jordano Magistro
Gli Ordis, ut Fies nri de bello, pro
Religione adversus Prutenos suscipiendo
dicant ad populum

Gregorius Epopus, servus servorum Dei
dilecto Filio Fri Jordano Magistro Gli
Ordis Predicatorum, salutem et Apcam
benedictionem.

Fidelium venusta plantatio, quam in Prussia partibus
plantasse dignoscitur sapientia Conditoris, odorum fra.
grantia, qua ad sedem Apcam inde provenit literis,
et relatibus plurimorum, Nos attentè sollicitat, ut ipsam,
qua, dante Dño incrementum, latius in ramos exten.
ditur, ut tandem ubertate fructuum decoretur diligentia
plenitudine foveamus. Verum cum viros virtutis, et gra.
tia titulo resurgentes, quos ad cultum sua vinea vera
vitis noscitur elegisse, videlicet quosdam ex tui Ordis
Tribus, vicarios nra sollicitudinis statuerimus, in hac
parte sibi predicationis officium in quibusdam Teuto.
nia partibus aliisque Provinciis committendo, devo.
tionem tuam rogamus et obsecramus in Dño Jesu
Christo, in remissionem tibi peccaminum injungentes
quatenus Fies eodem ad proponendum ex animo in
locis hujusmodi verbum Crucis, prout ipsis per Apo.
stolicas literas duximus injungendum, sicut diligentius
potens, tuis inducas literis, et praeceptis; sicque si.
at, quod ipsis Regis aeterni familia, contra Pru.
tenorum perfidiam constituta, succursum procurran.
tibus opportunum, memorata plantatio votivis pro.
fectibus amplietur, et tibi, ac eidem Tribus per hac,
et alia virtutum opera, qua tua, et ipsorum procu.
rat devotio non remissa, felicitatis aeterna gloria con.
servatur. Datum Anagnina 11. Nonas Octobris Pon.
tificatus Nri Anno 7.

